

## Band III., Nr. 611, Seite 74-75

*Bischof Otto von Würzburg bestätigt die Schenkung von zwei Jauchert Weinberg im Drachenloch bei Erlenbach durch die Edle Frau Jutta von Weinsberg an das Kloster Schöntal.*

Ohne Ortsangabe, 1219. Vor August 8.<sup>1</sup>

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Erbpölpensis episcopus. Ut ea que apud fideles geruntur negotia, perpetua in posterum vigeant firmitate, expediens est ea scriptorum testimonio roborare. Notum igitur facimus universis presentem paginam inspecturis, quod dilecta nostra nobilis matrona Ivttā de Winsperc, filio eius C̄vnrado, dilecto nostro confratre et archidiacono, liberaliter consenciente, zelo dei ducta, pro salute propria et anime sue remedio venerabilibus dominis abbati et fratribus ecclesie in Schoental, ubi ad dei laudem et gloriam frequens et laudabilis divini obsequii viget cultus, apud Erlebach, in monte quodam qui Trachenloch dicitur, donatione inter vivos, duo iugera vineti ab omni impetitione ipsius C̄vnradi, qui verus eorundem heres est, et aliorum quorumlibet libera tradidit et donavit, quam nobis donationem placitam et gratam collata nobis divinitus auctoritate in nomine domini confirmantes presentem eis cartam conscribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: magister Thegenhardus, maior scolasticus et archidiaconus, C̄vnradius de W̄nesperc archidiaconus, Heinricus maior custos, Albertus de Zabelstein, Albertus de Walthusen<sup>2</sup>, Cunradus custos, V̄lricus cellerarius, canonici de Oneldesbach<sup>3</sup>, Hermannus notarius. Laici: Heinricus de Telheim, Waltpertus Torso, sculteti, Heinricus pincerna, Cunradus Sweigerere, Albertus coquine magister, Fridericus Vuhsselinus, Cunradus Premvzel, scultetus de Oneldesbach, Billungus iunior de Bleichvelt<sup>4</sup> et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., pontificatus domini Honorii pape anno tercio, episcopatus nostri anno XII<sup>o</sup>.<sup>5</sup>

---

<sup>1</sup>Vgl. Rep. HStA Stuttgart B 503 I.

<sup>2</sup>Waldhausen, Buchen (Odenwald), MOS ?

<sup>3</sup>Ansbach.

<sup>4</sup>Unterpleichfeld.

<sup>5</sup>Das dritte Regierungsjahr des Papstes Honorius endet 1219 Juli 18. bis 24, das 12. Regierungsjahr des Bischofs Otto 1219 Juli 7.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roter und gelber Seidenschnur hängt das runde bischöfliche Siegel von grünem Wachs: Der Bischof im feierlichen Gewand, mit Krummstab in der Rechten, dem aufgeschlagenen Buch mit PAX VOB in der Linken, auf einem mit Hunds- (hier eher Löwen-) köpfen und -tatzten verzierten Stuhl mit Fussbank sitzend. Umschrift: +. OTTO : DEI : GR*ati*A . WIRCEBVRGENSIS : ECCL*esi*E : EP*iscopu*S. (die E gerundet).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

B 503 I U 385

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Ausfertigung

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

**Ortsindex:**

Ansbach, AN

Erlenbach Wohnplatz (1933)

Erlenbach, HN

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Theilheim, WÜ

Unterpleichfeld, WÜ

Waldhausen Wohnplatz (6018)

Waldhausen, Buchen (Odenwald), MOS

Weinsberg Wohnplatz (2238)

Weinsberg, HN

Würzburg, WÜ

Zabelstein, Michelau im Steigerwald, SW